Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hec tr.

clamauerunt et saluti facti sunt
in te sperauerunt et non sunt confusi.
℣. Ego autem sum uermis et non
homo opprobrium hominum et abiec
tio plebis. ℣. Omnes qui uidebant
me aspernabantur me locuti sunt
labijs et mouerunt caput. ℣.
Speauit in domino eripiat eum
saluum faciat eum quoniam uult eum.
℣. Ipse uero consideauerat et inspexerat
me diuiserunt sibi uestimenta mea
et super uestem meam miserunt sortem.
℣. Libera me de ore leonis et a cor
nibus unicornium humilitatem meam.
℣. Qui timetis dominum laudate
eum uniuersum semen iacob magnu
ficate eum. ℣. Annunciabitur domino
generatio uentura et annunciabunt
celi iusticiam eius. ℣. Populo qui
nascetur quem fecit dominus. Passio
domini absque benedictione et
omnis ubique sine aquis luminibus
et incenso absolute incipi
atur: quanto tempore ad ipsam
ultimam ubi signabitur de
hoc in tono euangelij legitur
benedictio petitur et incensum
paratur sicut consuetum est fieri,
similiter fiat alijs diebus per incensum.

Passio domini
nostri ihesu xpi secundum matheum.
In illo tempore: dixerunt discipuli
ihesu post biduum
pascha fiet, et filius hominis
tradetur ut crucifigatur.
Tunc congregati sunt prin
cipes sacerdotum et seniores
populi in atrium principis sa
cerdotum qui dicebatur caiphas:
et consilium fecerunt ut ihesum
dolo tenerent et occiderent.
Dicebant autem: Non in die
festo, ne forte tumultus
fiat in populo. Cum autem esset
ihesus in bethania in domo
simonis leprosi: accessit
ad eum mulier habens alabastrum
unguenti pretiosi, et effudit
super caput ipsius recumbentis.
Videntes autem discipuli in
dignati sunt dicentes: Ut
quid perditio hec? Potuit
enim unguentum istud uenum
dari multo: et dari pauperibus.
Sciens autem ihesus ait illis:
Quid molesti estis huic
mulieri? Opus bonum ope
rata est in me. Nam semp